



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Acta Apostolorum to. primus

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

Cap. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39424**

## CAP. XXIIII.

¶4. Confiteor hoc tibi, quod secundum sententiam quam dicunt hæresim, sic deservio patro Deo, credens omnibus quæ in Legi & Prophetis scripta sunt.

**V**ariis hoc loco Annotationes Calvinus facit; sed prout una orthodoxa cæteras omnes pestilentes ac venenatas. Una orthodoxa obseruatio est in vocabulo hæresis: *Quum inter Christianos sermo est, detestabiles inbet haberi hæreticos Spiritus Dei: & ab hæresibus cauendum esse docet, quia pestiferam Ecclesiæ dissipationem afferant. Ergo in populo Dei, cuius salus in fidei unitate consistit, res minimè ferenda est. Hec ille, quibus nihil vnuquam verius scripsit. Merito iam Calvinus & Calvinistas detestabiles habemus, quos ob tam multa pestifera dogmata Spiritus Dei per os Ecclesiæ suæ, in Concilio Oecumenico, in conuentu Episcoporum & Pastorum numero, veluti hæreticos anathemate percussit. Merito mihi studium & laborem illum literarum potissimum delegi, quo homines tam detestabiles, eorumque hæreses, quæ tantam Ecclesiæ dissipationem afferunt, pro meo modulo refutarem; & vt ab illis omnes caueant atque abhorreant, quantum in me est, efficerem.*

Rr 4.

Sed

Hæresis  
crimē de-  
testabile.

Sed post hoc lac & mel propinatum, vide  
quæ sequuntur toxicæ. Primum, quod Paulus dixerat se patrum Deum colere, arripit  
inde obrectandi ansam. Ridiculi (inquit) sunt  
Papistæ, qui Pauli suffragio quamlibet vetustatem  
probari singunt. No (inquit) patrum Deum cum  
Paulo colimus, ut nobis consuetudo est per manus  
tradita. Evidem eiusmodi collectione apud  
aliquem Catholicum tractatorem non legi,  
ac nec de ea inter Catholicos vñquam au-  
diui. Deinde, siue Pauli exemplo, siue ex rei  
ipsius veritate, maiorum suorum consuer-  
dinem se sequi profitentur Catholicæ, non  
tamē ex eo quamlibet vetustatem (ut cau-  
latur & mentitur Caluinus) probari posse  
confingunt. Sed illa crassa calumnia & hac  
eius fictione prætermissis, aduersus rem ip-  
sam quid disputer videamus. Quasi vero (in-  
quit) vel ipsis iudicibus eundem clypeum Turcicæ  
Iudeis contra fidem Christi opponere sufficiat. At-  
qui quia de hac eadē Caluinii obrectatione  
nuper latè contra illum disputauimus, hic  
breuiter respódeo: Sicuti nisi vñus est Deus,  
& vna fides, & vnum baptisma; sic nisi vna  
Ecclesia Christi, & quæ suos habet Pastores,  
Doctores, Præpositos, quibuscum se Christus  
fore omnibus diebus, usque ad consumma-  
tionem seculi, promisit. Vnde sicut nō valet argu-  
mentum pro Mahomete quod valet pro  
Christo; & potuit Christus se dicere Filiū Dei,  
facere se aequalē Deo, testimonium perhibere de-  
mē: ijsos

Supr. ad  
C. 14. v. 15.  
Epcl. 4.

Math. 28

Ioan. 5. 7.  
4.

metipso, quod nō potest aut Mahometes aut  
alius quispiam pseudopropheta: sic valet ar-  
gumentum pro Ecclesia Christi, quod non Ecclesia  
valet pro Turcis ac Iudæis; & potest Ecclesia Christi suo  
rumque successionem, suæ fidei, sui baptis-  
matis vetustatem, antiquitatem, lögam con-  
tinuationem venditare; quod nō potest aut  
Iudæorū nunc Synagoga, aut Turcarū Ma-  
hometismus, aut quævis alia Gentium super-  
stitione. Itane vero, quia Turcarū, Iudæorum,  
Paganorū, nec Sacerdotes, nec sacrificia, nec  
cultus, nec ceremonię, nec doctrina, nec tra-  
ditio vel hilum valet; Christianorū propter  
ea toto orbe propagata, tot seculis continua-  
ta, tanta Pastorum successione firmata Ec-  
clesia, Scripturæ, Sacra menta, hilum quoq;  
non valebūt? Nos vero (ut cum B. Augustino De vera  
loquamur) neque in confusione Paganorū, neq; in relig. c. 5.  
purgamentis hæreticorum, neque in laguore schisma-  
ticorum, neque in cæcitate Iudeorū, religionem queri-  
mus, sed apud eos solos qui Christiani, Catholici, vel  
Orthodoxi nominantur. Valet successionis lon-  
gæ præscriptio in legitimo possessore: non  
valet eadem in quolibet inuasore. Quare  
hæc longæ successionis & antiquitatis Ec-  
clesiasticæ allegatio non nisi contra hæreti-  
cos iuris Ecclesiastici inuasores & Ecclesiæ  
dissipatores adhiberi solet: quod quia Cal-  
vinum & omnes hæreticos male habet, tam  
suo quam aliorum nomine contra eam fre-

Rr 5      quenter

quenter calcitrare Caluinus solet. Sed plura  
hac de re loco citato diximus.

Ex alia nūc parte mordet Caluinus. Quia  
Paulus dixerat se credere omnibus quæ in Lege  
& Prophetis scripta sunt: Hinc (inquit) apparet,  
Paulum sedulò cauere ne se aduenticijs, que inter  
Iudeos regnabant superstitionibus implicet; quem  
admodum si Papistis hodie quispiā nostrūm respon-  
det se Deum colere quem profitentur, qualiter ex  
Lege & Euangelio sumus edociti. Atqui hæc ve-

stra respōsio nihil habet cum Pauli respon-  
sione simile. Paulus respondens se credere  
omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta  
sunt, ea tantum affirmat, alia nō negat: vos  
sic ex Lege & Euangelio edoceti esse vultis,

ut nihil præterea credere velitis, nisi quod  
in illis aut disertè scriptū est, aut iuxta sensa  
vestra ex illis deduci potest. Sic Ecclesiasti-  
cam omnem & traditionem & interpreta-  
tionem respuitis. Et Paulus quidem quum  
adhuc Iudaico ritu Deum coleret, si recte  
Deum colebat, sicuti à fermētis Pharisœorū  
& aduenticijs illis superstitionibus sibi ca-  
uebat, sic ipsos tamen Scribas & Pharisœos  
super Cathedram Moysis sedētes audiebat;  
& quę illi dicerent, seruabat & faciebat. Vos  
igitur Euangelici, si aduenticias aliquas su-  
perstitiones veluti fermenta irrepisse in Ec-  
clesiam Christianorum aduertistis, ab illis  
quidem cauere, Pastores tamē & Doctores  
super Cathedram Christi sedentes, si boni

Christia-

Christiani esse velleatis, omnino audire debbatis; quæq; illi dicerent ac docerent, servare &c facere oportebat. Quare si in istis verbis aduentitias superstitiones Iudaicas Paulus fortasse exclusit (mera enim hæc & simplex Calvinii coniectura est) non tamen obedientiā Synagogæ Magistris (ante suam ad Christum vocationem) debitā, eorumq; traditiones legitimas, & Scripture interpretationes respuisse aut exclusisse ullo modo censendus est. Denique si hæc Pauli verba non nisi Legem & Prophetas præcisè illum credidisse demonstrant, ut vult Calvinus; profectò egregia ista verborum Pauli limitatio omnem quoq; Euāgelicam & Apostolicam doctrinam Legi & Prophetis copiosè superadditam, ex eadem coniectura à fide Pauli remouebit. Tam pulchras nobis diuini verbi speculationes Calvinus ad fert.

Mox ex verbo credendi, quo Paulus vtitur, aliam speculationem subiūgit. *Hinc (in-* stolidæ  
*qui) discamus non coli rite Deum, ut grata ei sint* disputatio  
*nostra obsequia, nisi ex fide, quæ vnicum est pietatis*  
*fundamentum.* Neque enim ut se Dei seruum probet, nudas ceremonias obtrudit, sed disertè ponit, Se credere. Hoc est videlicet ex musca elephantem, ut dici solet. Paulus dicit se credere: ergo fides est vnicum pietatis fundamentum. Iam alio in loco Paulus se dicit Christum diligere: *Quis Rom. 8:*  
*nos separabit à charitate quæ est in Christo Iesu?* Ergo charitas est vnicum pietatis fundamen-  
tum;

tum; & non colitur rite Deus, nisi ex charitate. Rursum alio in loco dicit se in Deum  
**2. Cor. 13.** sperare: *Sicut in Christo sperantes sumus, &c.* ergo spes est unicum pietatis fundatorem. Tandem alijs multis in locis, *tribulationes, probationes, patientiam suam variam describit:* ergo & illa unica sunt pietatis fundamenta, abiecta fide, neglecta charitate, aboluta spe. An Caluino sic disputate quicquam insulsius aut stolidius? Sed sic ille diuinam Scripturam lacerat, deprauat, ludibrio exponit.

Audi adhuc aliam corruptelam. *Continet* (inquit) *præterea hic locus utilem doctrinam;* hoc unicum esse rectæ & orthodoxæ fidei fundatorem, Scriptura se subiiceret, & reverenter amplecti eius doctrinam. Ita apud Caluinum, quicquid fidem, quicquid Scripturam commendat, illa unica commendat; alia omnia, præter fidem & Scripturam, veluti quisquilijs habenda pronunciat. Tales, tam putidi & pueriles passim sunt Caluini paralogismi. Sed unum Pauli ipius verbum insulsa hanc Caluini **2. Thess. 2.** speculationem iugulat. *Tenete (inquit) traditiones quas accepistis, siue per sermonem, siue per Epistolam.* Ita ad Scripturam Legis & Prophetarum, traditiones Apostolicæ, siue viuæ voce, siue in scriptis epistolis acceptæ, credendæ accedit. Et quid? Docebit hic locus unicum fidei nostræ fundatorem esse Legem & Prophetas? De illis enim solis Scripturis

hiclo-

hic locus loquitur. Tora igitur Euangelica historia, & quicquid præterea nouo Instrumento continetur, ad fidei nostræ fundamen-tum nihil pertinebit? Vides iterum, lector, quām putidas, pueriles, absurdas collectio-nes, disputationes, speculationes hic tārus Caluinistarum Magister proferat. Sed si in-ter multas Catholice doctrinæ suggillatio-nes eius, sacraeque Scripturæ depravationes, has hoc loco criminaciones prætermissem, aliquid eas iniusti ponderis habuisse, do-trinæ Caluinianæ deuoti sectatores existi-massent.

## CAP. XXVI.

6. *Et nunc in spe que ad Patres nostros repro-missionis facta est à Deo, sto iudicio subiectus.*
7. *In quam duodecim tribus nostra nocte & die deseruientes sperant deuenire.*

**A**CUTUS sibi in suis aduersus Catholi-cam Ecclesiā criminacionibus Cal-uinus videtur; eum quoq; in eo ge-nere sui plurimum admirantur: sed nihil eo insulsius. Hoc in loco cùm obser-vasset, Paulū in priori quidē versiculo do-trinæ suæ confirmationem ex verbo Dei sumpsisse, quia foedus Patribus factum alle-gat in Dei verbo memoratum; in posteriori verò versiculo Ecclesiæ consensum adiun-xisse,